

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. VIII. Quæ alia sint jejuniorum discrimina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

tant̄ fiat venalior. Sic prudens ^oeconomia parcit pe-
cori, & p̄scium foro pretium conciliat. Iejunium non
malū. Sed Nunquid hoc tale est, quod elegit Dominus? Quod
si magistratū politico tantūm si juris in suos cives, cur
Ecclesiæ & factorum Praesulibus non sit in sibi sub-
ditos greges? Vt pretio parcatur & sumptibus, carnes
arcen̄tūr mensis; ut confutalatur animo, non liceat men-
ſe modum ponere? Illud est jejunium, quod elegit
Dominus, cū corpori castigando, noxis eluidis,
promeritis augendis, in æ Numinis placanda, orationi
promovendæ, cālo desiderando dapes facelst̄re ju-
bentur. Politicum illud jejunium non malum, nam
absque hoc esset, provinciæ & populi pessum irent.
Sed politico melius quod elegit Dominus. Nini-
vite profecto non ideo temperarunt à cibo, ut ovis
& butyro, ut petasibus aut macello parcerent, sed ut
apud offenditum Numen in gratiam redirent, ut celum
armatis precibus expugnarent. Non enim negotiatio B
Iejunium est, ut lucrum faciamus non edendo, sed ut
quod manducatus eras, pauper pro te comedat, fâ-
que tibi duplex bonus, tum quid tu iejunias, tum
quid alius non erit. Hoc est jejunium, quod elegit
Dominus: Convertimini ad me in toto corde vestro, in je-
junio, & in fletu, & in planctu.

§. III.

VIII. **V**iolentum, seu coactum. Sunt homines
com. decotores, patrimoniorum gurgites,
Iustitia, qui comedendo pecuniam omnem devorent, & fa-
jurisdictio- ciant proterviam. Denique nec quod molant, nec
naturam. s'ul- quod mandant habent. Hi quidem latrantes ferunt
casus infes- stomachum, & dentes habent exercitatos, & ventrem
tum, quo condendo vino capacissimum, sed mastipia arena-
vitium. & quidquid rum plena, & nullus in culina sumus ciborum serias
ad arbitrio- indicit. Velint, nolint, jejunandum est. Ita prodigus il-
pede- le juvenis jejunare ceperit, postquam t dissipavit substi-
bat, combu- tiam suam vivendo luxuriose. Tentaculum nimis laetum,
reus. A. serum fert jejunum. Esurialis cena prandium nimis
opiparum comitatur.
Mapal. 4,3. Sunt alii, qui rem minimè confrengerint, nec abligu-
tis Hinc- rive bona, & tamen in egestate sint sine late & fo-

Sunt alii, qui rem minimè confrengerint, nec abliguerint bona, & tamen in egestate fint sine lare & fo-
co, araneante semper stomacho. Hi optimè jejunant, si
causa oblitus flecent ad consilium, & in rationem ver-
tant necessitatem, si quod superis placet, patienter fe-
rant. Deus hoc jejunum sàpè ingerit etià nolentibus.
Dum hæc scribo, Germania tota continuit bellis
exhausta, postea esuriri. Quot enim fame mortui? quan-
ta famæ prelucti pefti? *Et nos quidem iuste, nam digna fa-
tia recipimus.* Animo Germaniam obi, & in ea quoti-
dianas helluationes, convivia creberrima, diurnas no-
tturnasque perpotationes, struictissimas mensas, exqui-
stissimas epulas, erubescendū numerum ferculo-
rum, spectacula partinaria, belliorum copiam, cupe-
dinarios apparatus modum omnem excedentes cogi-
ta: Metas & limites omnes transilimus. Sunt quidem
cenarum leges; non servantur: frequens est annona caritas; non curatur: est certa convivalium sumptuum moderatio; ridetur: symposia in tabernis publicis prohibentur; instituuntur clanculum. De jeuniis ta-
cco; vix ulla sunt, aut coacta. Ita demum cogitur
Dominus exercituum Deus, bellorum cladibus re-
belles in ordinem redigere. Perinde si diceret: Quod
recusatis sponte facere, hoc saltē cum ratione faci-
te coacti: Voluntaria quidem sacrificia mihi gratissi-
ma, non ingrata tamen coacta, modò patientia fint
conuncta. Voluntariè igitur sacrificemus Domino;
sponte jejunemus ad promeritum, ne jejunare coga-
mur ad supplicium.

CAPVT VIII.

Quæ alia sunt jejuniorum discrimina.

ASIGNARE cœpimus discrimina iœniorum. Pertexenda est hæc tela. Quando igitur discrimen octuplex datum, hæc reliqua subjungemus.

§. I.

IX. **D**iscrimen: *Ieiunium antiquum Ethnicum.* *quum ethnicum.*
Vetus Comicus à pristino, *ieiunios dies* *Planius in*
& ferias eluriales sæpius promulgat. *Diabolus Dei hi-* *Captivis &*
mis inter ipsos etiam idololatrias tua tibi habuit jeju- *alibi.*
nia. Initianti sacris Iidis decem dierum jejuniu mire *Mazau ejis*
cogebantur. Amphiaraus vates centebat fæcerotibus *l. 11. Me-*
responsum clarum aut acceptum, aut datum die sol- *amorphis,*
do jejunandum, & triduo vini usu abstinentiam. Apud *Colostern.*
Trœzenios ad Ardali aram oraculum audituri diem *l. 11. An-*
uum à cibo, tres dies à vino temperabantur, teste Ale- *trophe, &c.*
xandro Neapolitano. Tarentini, quod Alianus re- *Ab aliis A-*
fert, à Romanis ob seculi valde veriti sunt, ne in jus *ritualis ap-*
temperante Romanam concedere cogerentur. Eam *plauris, en-*
ob causam socii Tarentinorum Regini in decimum *ejus arâ*
quemque diem indixere sibi jejunium, & omnem vi- *Sono fiebat*
clum, cui parfum est, Tarentinis concellere. Romanis *& donis res*
obsidionem solventibus, Tarentum solennia elurialis *divina. His*
& festum diem decrevit in monumentum rei perpe- *acepturni*
tuum. Esurimus igitur diabolo? cur non & Deo? *responsa di-*
ne integrum a *cibo, a vino*

^b X. Turcicum. Mahometes luis mensē integrum (Romandan vocant) tingulis annis jejunium præcepit, idque in animi grati significationem, quod eo mensē legem præcepisset. Hujus jejuniū legibus solvuntur sibi viatores & rogati. Nec rāmen religione penitus liberantur: nam ubi suum iter illi hi morbum suum finiverint, ceterorum legē stringuntur. Deinde cædem viri boni jejunium huit bimestre; ægrotus in die impatiens elemosynis dandis, non fame tolerandā multatur. ^c Ita Illustrissimus Princeps Radzivilus Palæstine peregrinus me docet. Addit: Annūm Turcæ jejunium ordiuntur, quām primum Septembri mensē lunam conspicantur novain; duratque esuriālis hæc religio ad interlunium Octobris. Diebus aliquot ante principium hujus solennis jejuniū omnes turres ab imo ad fastigium summum lampadibus cingunt, quas post solem occasum incendunt. Hoc in urbe ampli, qualis est Cayrum, spectaculum representat pulcherrimum. Iejuniū Turcici ritus est, diē totū abstinentē cibo, noctu vorare quantum vel ventri vel appetitū placet, dummodò cœlestīr ante ortum solem horā unica. Mi Deus, Mahometes præcipit, & reclamat.

XI. Melancholicum *jejuniū*, quod è tristitia & XI. Melan-
micerore nascitur. Rex *Asherius* plenus tedium & altis
cogitationibus mersus, noctem illam duxit insomnem. Par- Esther, c. 6.
cam utique cenam habuit, cui somnus tam parcus,
immo nullus fuit. Abstinentia causa cogitabundus moe- v. 1.
ror. *Hebraeus rex Achab*, cum *Nabothi vineam* sibi
venalem fieri voluisse, & repulsam tulisse, *venit in do-*
mum suum indignans & frendens (per verbo quod locutus
fuerat ad eum *Naboth rex* *habiles aicens*: Non dabo tibi he- 3. Reg. c. 22.
reditatem patrum meorum. Et pro iicens se in lectulum suum,
avertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. Hoc
certe *jejuniū* non elegit *Dominus*: sed leipsum A- 4.
chab corrigenſ sanctitatis cluſire didicit. Idecirco illum
Eliæ monstrans *Dominus*: Nōnne vidisti, ait, humiliata- Ibid. v. 29.
tum Achab coram me? (nam operut cilicio carnem
suam, *jejuniavitque* & dormivit in sacco, & ambulavit
demisso capite) quia igitur humiliatus est mei causā, non in-
ducam malum in diebus eius.

Cùm

Cum Darii regis Satrapæ clandestinis invidiæ machinis eò rem deduxissent, ut Daniel insens leonibus obieretur discerpens; *Abiit rex in domum suam, & dormivit incensus, cibique non fuit allati coram eo, insuper & somnus recessit ab eo.* Valetudini consuluit Darius (quod velim observes Lector) quia durante mœstitia cibatum omnem rejecit. Nam dum animus tristitia, curis, ægrimoniam, similius affectu vehementi quatitur, corpus reficere supra modum noxiū est. In venenum pæne transit alimentum, quod tali tempore ingreditur. Consultus est impransum aut incenatum durare, quād manducare quod innoxiam rapiat urgens affectus. *Cum reficiendum est corpus, liber sit animus, mœrore ac gravibus curis solutus.*

§. II.

XII. Su- XII. Superstitiosum jejunium. Reperiāt homines, qui escarum orbem cui aliquando carnes impositæ, qui pollunt in quā carnes lixæ, rejiciant es- trial die. His suaserim dentes sibi omnes carnium molares eximi current, nē sit, quod Veneris aut Sabbati die anxiā religionem turbet. Supersticio, religionis excessus est. Ita fuit, qui Palchatis, aut ceteris diebus aliis singulare ritu jejunent febri cayendæ in eum anum. Supersticio luculenta. Quidquid horum est, religionis excessus est. Hunc Paulus damnat: *Quae sunt omnia, inquit, & in interitum ipso ihsu, secundum precepta & doctrinas hominum. Omnibus planè diebus anni jejunare licitum, modò absit supersticio. Jejunare, & unā Deum rogare, febrim averat, dolores auferat, morbos corrigit, piac ac Christianum est: at verò re quapiam sacra conditionibus certis applicata non dubiam ferbris aut morbi alterius medelam polliceri, vanum, ridiculum est, doctrina hominum, supersticio est.*

XIII. Iracondum jejunium. Pæne quotidianum est, cum parentes liberis, viri uxoribus, domini famulis bilem movent & incendunt ira, liberi, uxores, famuli fremebundi cibum rejiciunt, & esse nolunt. Sic alterum non raro exacerbat, ut mensam reculet accumbere, & bile fremens alimoniam sperrat. Hic duo subnotem. Primum est, dum sicut ira, similius potenter affectus temperare ab eis à consultissimum: quod enim paullò ante diximus de tristitia & ægrimoniam, idem de hac commotione animi potentissimā recte afferimus; in venenum abit cibus ira durante sumptus. Nequis animo exturbare iram? saltē stomacho non admittit escam, dum ardet ira. Priusquam edas,

motos præstat componere fluctus.
Tutissimum hic jejunium, si sanitatem spectes; si cælum attendas, vix ullius pretiū tale jejunium est, quoniam radix illius mala. Alterum: Christianæ virtutis est, ira ignes coercere, mox aquam affundere, ad lenitatem os componere, vultum & animum, quoad ejus fieri potest, serenare, atque sic adire mensam, alioquin altiores agit radices ira, quam ut facile convelli possit.

Res gestæ Apostolorum docent, Iudeorum supra quadraginta conjuratis odiis in Paulum grassatos, ita quidem ut devotione pessimâ se devoverint, nec cibi nec potu quidquam libatores dum Paulum jugularerint. Jejunium iracundum & vindictæ cupidum, jejunium pessimum. Numquid hoc tale est jejunium, quod eleget Dominus?

§. III.

XIV. Mortuum seu vitiosum jejunium. Mortuum appellamus, quod caret anima, seu intentione rectâ. Sit quantumcunque licet serum, sit rigidum, sit diuturnum jejunium; si recta desit intellio, vitiosum, mortuum est. Optimas quâque actiones

A nes corruptit prava intellio. Est qui jejunet, aut mensam accumbens parcissime comedat, non virtutis studio, sed ut videatur esse modici cibi, & laudetur. Alius jejunat, sed curiositati: ut rem novam atque curiosam videat audiarque, cibi pæne obliviscitur, & suaviter fert famam. Jejunium hoc cetera non improbum, sed curiosum. Jejunat alius, sed ut nequitiam molatur non plebeiam; jejunium hoc vere nequam est. Ita ve- nator dum teris infidias struit, ita ministrator dum mensa siccus assiftit, ita & amator dum fidum canu domum amicæ celebrat, ita pescator dum in scopulo prædatum expedita quam hamo trahat, ita aleator quem ludendi aviditas rapit, sic alii plurimi quos aut lucrum inescat aut voluptas, inediā non difficulter tolerant: sed manquid hoc tale est jejunum quod elegit *De cito* *Domini?* Finem illius live intentionem inspic, & invenies corruptum vitiosum, mortuum. Qualis felicitatē radix, tales & rami.

Ad vitorum jejunium refero inmoderatum. Sunt qui ultimo, triduo verni jejuni, aut aliâs, ultra consuetos limites cibis abstineant, dein repente extremum epulis distendant. Animo non consultum, valetudini noxiū. Ovina sale condenda. Subiit nimisq[ue] imber non tam rigat quād subvertit arva. Petulati equo pubulum ita subducendū, ut tamē par esse possit laboribus. Abstinentia non tam caro enervanda, quād carnis virtus. Paulus obsequium exigit, sed rationabiliter. Hieronymus ventrem semper esurientem biduantes ac triduanis præfert jeuniis. Nam assellus, inquit, in via lassis quarit diverticula. Corpus nimis exhaustum oria secta & solatia. Si nimis intendantur in chely fides, rumpuntur. Si laxentur nimis, aut non respondent, aut male. Placet Deo jejunum, sed non exorbitans, non extra metas effulsum. Hieronymi præceptio est: *Sic comedat, ut semper esuriat, ut statim post cibum posit legere, orare, psalvere.*

XV. Religiosum, verum, Ecclesiasticum jejunium. *Bona est oratio cum jejunio & elemosynâ. Ut autem verum gloriam ac religiosum jejunium, quod Dominus elegit, quid faciendum?* Quid quæsto faciunt, qui urbem sibi sumunt oppugnandam? vi atque impressione illam aggrediuntur. Tuttissimum vero aggressus & securissima impressio est fame urbem cogere ad deductionem. Cum impetus in hostem datur, aliquot subinde millia militum cadunt, & nihilominus re infectâ recedendum. Lentis quidem sed validis cogit imperis famis. Ita proflus optimè facit, qui moderat per annum jejunis inferiores animæ vires, & suas libidines expugnat. Sunt qui hebdomade magnâ severissime jejunent, omni anno reliquo cuticulam current impigri. Non probamus. Obside castrum, quod cupis expugnat, obside, & fame in potestate redige, impetu corporis abstinentiæ & jejunii per totum annum immine: Ancilla pareat, domina jubeat: Serviat corpus, non regnet: moderatâ fame discat mitescere. Abstinentiæ vincetur ejus petulantia. In hunc finem præceptores damus præceptunculas.

§. V.

Prima: *Certa sit & constans dieta. Non expedit modò multum, modò modicum, modò nimium in- & con- gerere? æqualitas & proportio sit in alendo corpore. diaeta. Quamvis non negem post opimum prandium re- & diffissimè sequi præparcam cenulam, seu, unicum & simplex serculum. Sed de hoc alias fusius. Hic solum Seneca illud in mohitum summi necessarium insti- lo: Sciat unusquisque mensuram sui stomachi, sit posse stimet ita imperare. En tantum cibi portisque tibi suffici in prandium, in cenam tantum; si durabis fastus: omnia cetera sunt superflua. Hoc igitur ratum fixumque esto; hæc tua sit mensura. Chylostomus hoc loco audiens*

*Obij hem.
15. ad pop.* audiendus de superfluis abdicandis saluberrimè insituens: *Vix, inquit, corpus aere tollit superfusum: da ei, quod satis est: & quantum concoquere potest; non ipsum aggraves, non submerges. Nihil ita volutamente parit, sicut cibus bendo digestus. Cibus sufficiens & voluptas, & alimentum, & sanitas est: Plus autem, & pernicias, & egritudine, & fastidium.*

10.10. Sunt & alii quos Augustinus deplorans : Sunt , in-
in effidice quidam observatores Quadragesimæ deliciis porti-
fr. 86. mishi quam religiose, exquirentes novas suavitates magis quam ve-
p. 711. terem concupiscentias castigantes, qui pretiosissime appa-
ratilis fructuum diversorum quorumlibet varietates & apo-

res superare contendunt. Vasa in quibus coctae sunt carnes, tamquam immunda recusant, & in carne sua ventris & guturis luxuriam non formidant. lejunant, non ut solitam temperando minuant edacitatem, sed ut immoderatam differendo augeant aciditatem. Nam ubi tempus reficiendi adveniret, opimus mensis tamquam pecora præsepiibus irruunt, ventreque distendunt. Artificiosi & peregrini condimentorum diversitatibus tantum capiunt manducando, quantum digerere non sufficiunt jenundando. Sunt etiam qui vinum ita non bibunt, ut aliorum expressionei pomorum aliquosque sibi liquores non salutis caueant, sed juncunditatis exquirant: tanquam non sit Quadragesima pie humilitatis observatio, sed novæ voluptatis occasio. Quando enim honestius esset, ut qui propter insirmatum stomachi aquam potare non poterant, vino usitato & modico sustinaretur? Quid autem absurdius quam tempore, quo caro arctius est castiganda, tantam suavitatem carni procurare, ut ipsa fauicium concupiscentia nollet Quadragesiman præterire? Quid inconveniens est, quam diebus humiliatis, quando parum victus omnibus imitandum est, ita vivere, ut si toto tempore sic vivatur, vix possint victum patrimonia sustinere?

In lib. i. 18. Cavete ista, dilectissimi, cogitate, quid scriptum est. Post concupiscentias tuas non eas. Quod salveribimus preceptum si omni tempore observandam est, quando amplius hodiebus, quando ita turpe est, si cupiditas nostra ad inustatas relaxetur illecebras, ut merito cuperetur, qui non restrinxerit usitatas.

Altera : Fames ad mensam ducat ; Fames cibos condit. Accumbere mensam cum nulla vel ex qua est cibi appetentia, non superflius solum sed & noxius est labor. Cur equo alterum affundam pabulum, cum nondum devorarit primum ? ad cibum corpus admittere priori nondum digesto, non alimentum, sed noxa & venenum est. hic millies, hic centies millies, hic infinites, erratur quotidie tam a sanis quam aegrotis. Plurimos aegrotorum videoas non pasci sed obrui : nam modò jentaculum, modò prandium, jam merenda, jam cena, jam pocaniolum fertur ; modò jusculum, modò pulicula, modò oluseulum, jam pisiculi, jam pax pullastri proponitur : nunc scitamentum, nunc exfundatur aqua, nunc electuarium, nunc mulsum, nunc bacule, nunc cerasa duracina melle macerata ingeruntur, quandoque etiam noientibus. O sedulam benevolentiam, sed fatuam & noxiem ! Et quando sic obrutus vacat a labore stomachus ? Sed aut vires aegroti crebriore, cibo excitandas. Non quidem hoc satuum, sed subinde fallax & nocivum. Ego vix ullum aegrum sapius quam ter, summum quater de die reficiendum judico : & istud quidem paucissimis consellerim. Revera non interest quam multum ingersetur, sed quam bene, quod ingestum, digeratur. Iuiculum unicum, & forbitum par ovorum satis in diem totum alimenti est aegro, modò illud bene concoquat.

Hic, o viri doctissimi, liceat pace vestrâ dicere, o Clarissimi Medici, non pauci vestrûm peccant nonnumquam ignorantia, frequentius tamen nimia in ægrum indulgentia. Nôvi ægros, & quidem optimates, quibus sexies de die aut lepties sorbendum aliquid oblatum. Bene manë initium factum horâ quintâ, propinatum iusculum è gallo gallinaceo eliquatum.

A Horā septimā s̄equebatur offusa. Dein prandium non satis tenue ad recreandum enerγem stomachum. Accedebat vinum generofum, non lymphatum, ægro *Hoc alibi* venenum. Horā tertiā post meridiem aderat sorbitū *copiosius* tiuncula. Post pauculas horas censula æquo liberalior. *demonstrans.* Denique post lesquihoram pocæniolum, vel par ovorū. Ohe, his tot sorbitiunculis atque refectioniunculis rectè digerendi unici hominis & quidem ægroti ventriculus iungiat? Sanum in lecto componite, motu careatis, torties tamq[ue] diversa forbeat; demum ægrotabit. Quid jam ægrotō fiat? inediā & fame longè tuttiū pugnatur in quemlibet morbum. Non impletus, non fatigandus, non obrueundus escā stomachus. Cum veniā dixerim: Edendo tumbam præproper subimus. Hæc præcipue ægrotis dicta sunt.

B Nec aliud famis infitlo: Fames ad mensam ducat.
Fames cibos condit. Nec enim aliis umquam inge-
rendus est cibus, quam prior sit digestus. Non ali-
mentum, sed noxa & venenum est cibus, qui stoma-
cho prioribus digerendis adhuc occupato inicitur.
Digere prius; post ingere. Quemadmodum vero non
accedendum ad mensam nisi famis praeat, ita receden-
dum a mensa non omni penitus extincta fame: saltem
aliquid appetientia superfit. Surge, dum adhuc com-
edere liberet. Saluberrimum est, numquam omnem
inguarare famem.

Tertia praeceptiuncula: *Abstinentia calendarium sepius inspicendum.* In hoc jejuni studio non solum Ecclesia, sed & pietas privata suos fibi intercalares dies designet, quibus & valetudini & animo consulatur abstinentia. Creberrium est pfandium plus & quo copiosum, ad sarciedam hanc noxam abstinentia intercalare diem suggerat, qui cenam vel modicellam vel nullam ponat. Atque hic potissimum illud Augustini monitum in mente sit: *Cibum ut pharmacum sume, certo pondere, certa mensura, certo tempore Profecto catapotia seu aurea pharmacopolarum sphaerula non voluntatis*

causa glutiuntur, sed sanitatis. Deinde hoc ipsum abstinentia calendarium credidimus inspectum diem Veneris aut Sabbati nonnumquam, aut per vigiliū aliquis est calitibus jejunio colendum suadet, hoc monitu: En diem Christo patienti sacrum, aliquid cibū subtrahe in Christi gratiam: jejuna. En festum celestis Puerperæ diem; in gratiam dñinae Matris Virginis jejuna. En per vigilium Christiani Martyris, in gratiam herois fortissimi jejuna. Fac tibi amicos, quod Christus suadet, beatos Cælites, non comedendo, sed eorum jejunia imitando. Facies autem amicos eā maximè ratione, si quod tu comederes aut biberes, pauperi mitas aut ægro. Geminatum Deoque gratissimum est jejuniū, si fiat refectio pauperis, abstinentia jejunantis. Concepitissimis Chrysologi verbis finio. Beati qui nunc esurunt. Est jejuniū pax corporis, membrorum decus, ornamentum vitae. Est jejuniū robur mem- tium, vigor animarum. Est jejuniū castitatis mīrus, predictie propaginaculum, civis et sanctitatis. Est jejuniū schola me- ritiorum, magisterii magisterium, disciplinarum disciplina. Est jejuniū invictus Christiani militi et principatus. Est jeju- niū vitorum mors, vita virtutum.

CAPVT IX.

*Quæ quadragintadialis Iejunii sit origo
& religio.*

ANTIAS rex Schytarum, quod Plutarhus
memorat, epistolam dedit ad Regem Alexandrum Macedonem hac clausula: Tu quidem Macedonibus viris imperas, qui in hostem pugnant; ego autem Scythis, qui famem & siti non oppugnare tan-
tum